simplicibus vel triplicatis, Exceptionibus, Suspensionibus, fatalibus Iuris, processione Termini, bello, Conventione regalibus omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita sua praesenti personali Recognitione ad praemissa oblata mediante.

Feria Secunda in Crastino Festi Sanctae Margarethae Virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 14/VII

Jablonska Jaworskie nepoti suo Donat. 357

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Pelagia Jaworska, Nobilis olim Theodori Jaworski Szuszcowicz, cum olim Nobili Helena Jablonska procreata filia Nobilis vero Petri Jablonski Krzywieczgot Consors legitima. Sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa cum consensu mariti sui, Viri Tutoris Coniugalis personali assistentia, et

Vltroneo ad infrascripta recognida Consensu Bona sua propria et
haereditaria infrascripta, nempe totam et integram Sortem
suam Szusteyczyzt dictam, se Recognitam post praedictos Paren
tes suos, et alios Consanguineos Iure divino et naturali
Successione concernentem, in Bonis Villae Turka, Terrae et Dis
trictus Premysliensis iacentem et consistentem. Cum omni praemissorum
Iure, dominio, proprietate, et haereditate, tituloque haereditario
cunctisque omnibus et singulis bonorum eorundem Vtilitatibus, fru
ctibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, et obven
tionibusque tum agris, pratis, Campis, pascuis, pascuarijs, Sylvis,
gajis, Vepretibus, piscinis piscinulis, torrentibusque, rivis, rivulis,
fluvijs, fluminibus aquarum decursibus attinentijsque et per
tinentijs generaliter Vniversis: Nihil ex praemissis Iuris, dominij,
proprietatis, haereditatis, aut cuiusuis competentiae et praero
gativae, pro se Recognte, suisque Successoribus, aut quopiam alio
reseruando seu excipiendo, sed omnibus in genere et sin
gulis in specie comprehensis, generi per speciem et e contra
in nullo derogando, Verum ita late, longe, circumferentia
literque, prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limi
tibus ab antiquo extendit et extenditur, et quo eadem bona
ipsamet Recogns tenuit, habuit, et possidebat, ipsamque concer
nebant, ac eidem legitime serviebant; Iam ex nunc et de
facto Generoso Basilio Iaworski Szusteiowicz Nepoti suo,
eiusque posteris dedit, donavit, inscripsit, et resignavit, prout
dat, donat, ac titulo puro, mero, perpetuo ac irrevocabili
donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum, irre
uocabiliterque. In quae quidem bona supradicta, praemissaque omnia praedictus

perte Recognentem donata et resignata, haec eadem Recognens Nobilis Pelagia Jablonska, praenominato Devoto Basilio Jaworski Szufteciowicz Nepoti et donatario suo eiusq posteris, iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos, die quacunq voluerint officiose acceptandam. Per ipsum Devotum Basilium Jaworski Szufteciowicz Nepotem et donatarium suum, eiusq posteros, haec eadem bona praesentibus donata, cum omni iure, dominio, proprietate, competentiaq et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumque successorum quosvis beneplacitos ususfructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeternis temporibus. Debetq et tenebitur mrata Recognens Nlis Pelagia Jablonska prout se, ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniis quibusuis habitis et habendis supradicto Devoto Basilio Jaworski Szufteciowicz Nepoti et donatario inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Successores, in dictis bonis praesentibus donatis, praemissisq omnibus praesentibus resignatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunq personarum, cuiuscunq conditionis, status et sexus cum suis evictionum evocatione supradictorum, modo quovis evocanda, per omnes praescriptiones terrestres, prout ad quamlibet personam terrus spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et Officio Regni, Comp

toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere
et eliberare, indemnesque cum posteris reddere, necnon bona
praefata praesentibus resignata, ab omnibus ingerere Iuribus et Inscri-
ptionibus prioribus et posterioribus super eisdem bonis praesentibus
per se Regn[illegible] donatis, cuicunque personarum modo quovis
factis et faciendis, tum etiam quibusvis Collationibus, super
eadem bona praemissaque omnia praesentibus resignata impetratis
et impetrandis, Luens denique et perluens, praestitisque Iuris
quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependens
et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis
ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis modo quovis
perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaque
et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam
coram officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum
praesentibus resignatorum, dum per [illegible] et Res duos
officio se requireretur non denegare, imo debebit et tene-
bitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, eliberaque
et admissa eadem, possessionem et usumfructum praemissorum
omnium et singulorum quovis modo tam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas
non praepedire, nec adimere, ipsumque donatarium suum,
ac ipsius successores, in dictis bonis praesentibus resignatis tam
in toto, quam in quavis minima parte non iniuriari
ita ut eadem bona, praemissaque omnia cum universis eorum
utilitatibus et usufructibus iisdem donatarius suus
cum suis posteris quiete et pacifice praesentibus Inserviens

[illegible]
fol.

decreti Vigore tenere, habere, et possidere queat, itaq Vti-
frui possit perpetuo et in aeuum irreuocabiliterq bonis sub
Damnis Terminis, simpliciter absq corporali Juramento
taxandis et educendis, per eandem Recognoscentem de lucris po
ssessoris, supto contractu suo, aut illius possens, ob non
completionem praemissorum omnium et singulorum tamen
quam in toto totiesq quoties opus fuerit ad soluend
succumbendis. pro quibus quidem Damnis Terminibus, sim-
pliciter taxatis, modo praemisso ad soluend succumbentes, ac pro re
aliqua principali ex praemissis non completa complenda, citata
cons[tituta] Recogns Nobilis Pelagia Jablonska, suiq
Succores, ad instantiam supti Deuoti Basilij Jaworski
Szustkowicz Nepotis et Donatarij sui, eiusq porum, ad
Officium praesens Castren Capitaneale Premysliens, extunc re
cessu supto, quo ad vadium spectat mediante, semper
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
Juri parere, respondere, Damna praefata Terria simpliciter
taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatu
pati debebit et tenebitur, seq ac suos Succores ad eand oia
inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptoriu
et alios omnes exinde consequend pariter eiusq Terminos, semp
peremptorios, Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Suc
cessorum, Legatione intra Vel extra Regnum, seruitio Militari
ad Munimenta, ad Euictos Vel alijs quibusuis exceptionibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praerea
contra praemissos Officij praefati Castren Capitan Premysliens Terminos
dilationem sibi non recipiendo, nullasq Mores, Appellationes,
ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia pro sim
plicibus Vel triplicatis, Euasionibus, Suspensionibus, fatalijs

2574

iuris, praescriptione Terri, bello, Conuentioneq, ac alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo. nec modo alio quouis euadendo. Ac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria tertia post Festum Sanctae
15/VII Margarethae Virginis et Martyris proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Sztorc Kumanowskiemu
35/ Roborat.

Coram Officio, et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premysliensibus, Generosus Albertus de Gorzkiewz Sztorc, sanus mente et corpore existens, a Terrestribus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesentique vero Iurisdictioni Castren Capitaneali Premysliensi, quo ad actum hunc attinet se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit, Quia ipse se, ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq quibusuis pecunijs habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, Scriptum certum Manuale ipse Agentem in rem et manus Generosi Francisci Kumanowski, ratione praedictarum rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum. Ad actum oblata illiq hic Premysliae, die hodierna Comparens personaliter